Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



38

Vos facitis opa patris uri. Dixerunt itaq; ei.
Nos ex fornicatione non sumus nati. unum
patrem habemus dm. Dixit g eis ihc. Si ds pa
ter ur esset. diligeretis utiq; me. Ego enim ex
deo processi et uenio. Neq; enim a me ipso uenio.
sed ille me misit. Quare loquelam meam non cog
noscitis. Quia non potestis audire sermonem
meum. Vos ex patre diabolo estis. et desideria
patris uri uultis facere. Ille homicida erat ab
initio. et in ueritate non stetit. quia non est veri
tas in eo. Cum loquitur mendacium ex propriis
loquitur. quia mendax est et pater eius. Ego au
quia veritatem dico. non creditis mihi. Quis ex
uobis arguet me de peccato. Si veritatem dico.
quare uos non creditis mihi. Qui est ex
deo. uerba dei audit. F. R. vi. l. Ezechiel. p.

Hec dicit dns ds. Anima que pec
cauerit. ipsa morietur. filius non porta
bit iniquitatem patris. et pater non por
tabit iniquitatem filii. Iusticia iusti super
eum erit. et impietas impii erit super eum.